



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Etiam peritos medicos sine Deo nihil prodesse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

CAPVT XXXVIII.

Decima nona morborum caussa, vt per eos supernaturalium remedium efficaciam, in primisq; Christi gloria mundo patefiat.

I.



B eiuſcemodi imperitos circumforaneos, multi omnino à medicis abſtinent, & malunt mori gratis, quàm precio mortis perſoluto. Idq; tantò libentiùs, quia etiam peritiſſimi in hac arte ſubinde errant; nec quiſquam eſt, cuius medicina, ſine diuina ope, ſit felix. Quod etiam expertorum, medicorum periculum videns, S. Hieronymus ita ſcripſit: *Si fellis prouideris temperando, pituita ſucceſcit: Si humores ficcare feſtinas; inardeſcit ſanguis, bili vitiatuſ, & luteuſ color ora perfundit. Certè vt cunctam medicorum adhibeamuſ diligentiam, & caſtigatiſſimus cibi, & morborum fomitiſ careamuſ, & cruditate; occultis quibuſdam, & ſoli DEO cognitiſ cauſiſ, vel frigore inhorreſcimuſ, vel febre exardeſcimuſ, vel torminibuſ eiuſlamuſ, & veri medici Saluatoriſ imploramuſ auxiliuſ, dicimuſq; cum Apoſtoliſ: Magiſter, ſaluot nos fac, perimuſ. Plurimi agrotorum à DEO curati ſunt ſine medicina; nullum medicina curauit ſine DEO.*

S. Hieronym.
lib 3 aduerſ.
Pelag.

II.

S. Diadoch.
lib de perfect.
ſpirit.
cap. 53.

Heribert.
Rolveid. l. 1.
de vit. PP. in
vit. S. Pachomij.
cap. 5.

Hinc ſancti quidam homineſ medicinaſ omnino repudiaruſ, vt ſpem ſuam omnem in DEO collocarent. S. Diadochuſ de inedicis ac mediciniſ agens, *Non oportet, ait, ſpem ſanationiſ in illiſ collocare, ſed potiùſ in vero Saluatore & Medico noſtro IEſu Chriſto.* Hinc plerique veteres Eremitæ in ſolitudinibuſ degenteſ, medicos non habebant, quos conſulerent; immò nec mediciniſ, ſi quaſ fortè haberent, vtebantur. *Zachauſ quidam Monachuſ, poſt longa continentie tempora, regio morbo correptuſ, ſequeſtratam habuit aſſatribuſ cellulam totà vità ſuà pane tantuſ, & ſale contentuſ. Semper autem pſiathioſ operabatur, tantamq; contritionem propter Dominuſ ſuſtinebat, vt ſapenuſmero funiculoſ intorqueſ, compurgerentur manuſ eiùſ, & ſanguiniſ guttæ effluerent in tantuſ, vt ex ipſo opere magna viri tolerantia monſtraretur. In tantuſ igitur infirmitate corporiſ conſtitutuſ, numquam fratruſ collectam deſeruit: ſed ad explendaſ omneſ diurnaſ orationeſ, ſolicite conuolauit, adeò vt numquam dormireſ interdiſ. Conſueuerat autem per ſingulaſ nocteſ, priuſ-*